

302  
nostrorum confessio subsequitur; Non quod diuine potes- 4  
tates. secessus animorum & secreta non norunt sed facile  
elicit misericordiam iudicantis. non extorta confessio;  
Nullus sit carissimi fratres dies. quod non his fabulis im-  
moremur; ille mactatur. subtortore non palluit ille per-  
cussoris moras festinatione precessit. ille flammam au-  
dus bibit. ille sectus est. sed integer factus. ille felicem  
se dixit. cui contigit cruciari. ille inter manus car-  
nicum. nequa quam mora fieri & properanti. iussit  
redire fluminibus; Illa patris lacrimas doluit ut filia.  
contempsit ut martyr. illa irritatione. iram in se leonis.  
mortis auda concitauit; Illa ieiunante filio. feris  
ubera plena porrexit; illa uirgo membra. ad eternita-  
tis ornamenta. percussori colla subiecit; Milia sunt  
carissimi fratres exempla uirtutum. que pagina sc̄a  
commemorata; Sed nos hortandi magis quam docen-  
di gratia. carpsimus pauca demultis; fidelibus enim.  
pauca sufficiunt. infidelibus. multa non prosunt;  
Non sunt sc̄oz desideria differenda; Cur moramur.  
Diuinis pateat aula martiribus; iungantur relique.  
Iungantur & gratie; In unū conueniant. primū & re